



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XIII. Doctrina, aliæqúe dotes ordinandorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

præfente, nec contradicente ordinetur, manet illi ordinis dignitas, & confequenter libertas, non tamen vel præfentator, vel Epifcopus ordinator impune ferent, in duplum enim reftituere tenentur. Seruus autem liber efficitur. diftinct. 4. Si feruus. Imo videtur confentire dominus, nifi iuftam silentii caufam attulerit.

Libertus potest esse clericus. Libertate igitur donandus eft, libertus enim clericus fieri poteft. Olim cum feruorum efflet multitudo, Ecclefia plurimos, & feruos, & libertos habuit, ex quibus idoneos fæpe in clerum allegit: De libertis faciendis, defendendis, &c. Vide Tomos Concil. Biniianos. T. 2. p. 2. f. 372. & 335. c. 1. c. & 366. f. & 357. a. b. & 38. c. 2. f. & 32. e. f. & 499. c. 1. d. & T. 2. p. 1. f. 555. c. 1. f. & 267. c. 2. c. & f. 356. f. & f. 280. d. & fol. 516. F. Tom. 1. p. 1. f. 197. f. Tom. 1. p. f. 767. c. 2. C. & Tom. 3. p. 2. f. 650. c. 2. d.

Hæc de feruis; de Bigamis iam fupra dictum eft.

Illegitimus non ordinandus. §. 15. Illegitimi ab ordinibus excluduntur. diftinct. 56. & multis deinde præceptis; Concilio Pifcaviienfi fub Palchali, Presbyterorum filii, & ceteri in fornicatione nati ad ordines non promoueantur, nifi aut monachi fiant, aut in congregatione canonica regulariter viuentes, prælaturarum tamen omnino iubentur effe incapaces.

Ordinari non possunt, qui titulo carent. §. 16. Nec ordinatio fine titulo facta probatur. Ita Chalcedonenf. c. 6. dift. 70. c. 1. Neminem absolute ordinari presbyterum, vel diaconum, vel quemlibet in Ecclefia fufficitia ordinatione constitutum, nifi manifeftè in ecclesia ciuitatis, fivè poffeffionis, aut in martyrio, aut in monasterio, qui ordinatur, mereatur ordinationis publicata vocabulum. Eos autem qui absolute ordinantur, decreuit fancta fynodus vacuam habere manus impositionem, & nullum tale factum valere ad iniuriam ipsius, qui eum ordinauit.

Cur sine titulo nemo ordinetur. In latino obfcurum eft, & nullum tale factum valere, in græco clarum, unde αὐτὸν δὲν αὐτὸς ἐνεργεῖαν, non poffe efficax effe, non enim licet vti ordine fic accepto. Titulus igitur neceffarius eft, vt vel in Ecclefia titulum habeat, & fuffentationem, vel fanè ab Epifcopo, aut iis fit facultatibus, vt ex patrimonio fuo fufficienter poffit viuere. Ne vagabundus oberret, & paupertate preffus ad illicita conuertatur.

Raptorum filij non ordinandi. §. 17. Filij raptorum virginum non admittuntur ad Ecclefiam. Concil. Meldenf. c. 64. Nifi forte eos vel maxima Ecclefie neceffitas, vel vtilitas, poffulet, vel euident meritorum prærogatiua commendet.

Eunuchi non ordinantur. §. 18. Eunuchi ad ordines non admittuntur, nifi morbi caufa fit, aut violentia aliena factum. Canon primus Concilii Niceni ita habet. Ἐἰ τις ἐν νόσῳ ὑπὸ ἰατρῶν ἐχαρακτοῖται, ἢ ὑπὸ βαρβάρων ἐξημερῇται, & τῷ κληρῷ ἐν τῷ κληρῷ εἰσέλθῃ τις ὑγιαίνων ἐαυτὸν ἐξέτιμει, ἢ ἐν τῷ κληρῷ ἐξέταφύοντο πεπαισμένοι, & οὐκ ἐν τῷ κληρῷ μὴδὲν τῶν ῥημάτων ζῆναι ποιοῦνται, ὡς περὶ τῶν παρθένων, ὅτι περὶ τῶν ὁπτι-
Nifi morbi causa, vel vi actum fit. τῶν παρθένων τὸ πρῶτον, & ῥημάτων ἐαυτοὺς ὁρτύνειν εἰρηται, ὥτως εἰ τις ὑπὸ βαρβάρων, ἢ δεισπο-
τῶν ἐνταχθῇ, εὐερίσκοντο, ἢ ἄλλως ἀλλοιοί, τὰς ῥη-
τας εἰς κληρὸν ποιοῦντες ὁ κανὼν. Si quis à medicis pro-
pter languorem defectus est, aut à barbaris abscifus, hic in
clero permaneat. Si quis autem feipsum sanus abscidit, hunc
& in clero constitutum abstinere conuenit; & demceps nul-
lum debere talium promoueri. Sicut autem hoc claret, quod
de his qui hanc rem affeclant, audientque semetipsos abstin-
dere, dictum fit; Sic eos, quos aut barbari, aut domini ca-
strauerunt, si inueniuntur alias dignissimi, tales ad clerum
fufcipit regula.

Leontii furor in amore. Canonis caufam Leontius dedit, qui iuffus con-
fortio fufpectæ iuueniculæ defiftere, feipsum castran-
dum dedit, ne ab ea feiungeretur, & tamen fufpicio-
nem fugeret, fed tamen ille depositus est, & indigna-

tione victus quasi pro vindicta ad Arianorum castra defect. Canon Apostolicus quem citat Concilium Nicenum eff. 22. Verum audire Apostolorum verba præstat.

Canon. 21. Ἐὐνῶς ἐἰ μὲν ἐξ ἐπιτομῆς ἀνδρῶν ἐξήμετο τις, ἢ ἐν διαγωγῇ ἀφαιρέθῃ τὰ ἀνδρῶν, ἢ ὅπως ἐσθ, καὶ ἐσθ, & τῷ κληρῷ ἐν τῷ κληρῷ εἰσέλθῃ τις ὑγιαίνων ἐαυτὸν ἐξέτιμει, ἢ ἐν τῷ κληρῷ ἐξέταφύοντο πεπαισμένοι, & οὐκ ἐν τῷ κληρῷ μὴδὲν τῶν ῥημάτων ζῆναι ποιοῦνται, ὡς περὶ τῶν παρθένων, ὅτι περὶ τῶν ὁπτι-
Eunuchus si per insidias hominum factus est, vel si in persequutione eius sunt amputata virilia, vel si ita natus est, & est dignus, efficitur Episcopus.

Canon 22. Ὁ ἀκρωτειαῖσας ἐαυτὸν μὴ γινέσθω κληρικός. αὐτοφονεύτης γὰρ ἐστὶν ἐαυτοῦ, καὶ τῆς τῷ θεῷ διανοίας ἐχθρὸς. Si quis abscidit semetipsum, id est, si quis amputauit sibi virilia, non fiat clericus, quia suus homicida est, mortis, & Dei conditionis inimicus.

Canon 23. Ἐἰ τις κληρικὸς ὢν, ἐαυτὸν ἀκρωτειαῖσας, καθαρῶς ἐσθ, φονεὺς τὰς ἐσθ, ἐστὶν ἐαυτοῦ. Si quis cum clericus fuerit, absciderit semetipsum, omnino damnetur, quia suus est homicida.

Canon 24. Λαϊκοὶ ἐαυτὸν ἀκρωτειαῖσας, ἀφορίζονται ἐπὶ τεία. ἐπιτομή γὰρ ἐστὶν τῆς ἐαυτοῦ ζωῆς. Laici semetipsum abscindens, annis tribus communione priuetur, quia sua vita insidiator excutit.

Nec differt ab hoc mandato Apostolico, quod Deut. 23. v. 1. Non intrabit Eunuchus, attritis, vel amputatis testiculis in Ecclesiam Domini. Illa in Ecclesia puto, etiam si naturæ vitium, aut hominum iniuria factum fuerit, nihilominus fuisse in lege præscriptum, ne sacerdotio fungerentur; at in noua de voluntaria abscissione agitur, qualem experiri voluit Origenes, qui ab Alexandrino Epifcopo Demetrio, ea de caufa fui depositus. Euseb. l. 6. c. 7. & 17.

Cur tantopere rem illam canones detestentur, caufæ complures sunt. Primo quia magno vitæ periculo ea mutilatio peragitur, ideoque tales vt ἀνὸρ-
zeiger homicidæ fui ipsius habentur. Deinde quia vi-
gor etiam mentis interit, & malignitas quadam, pu-
fillitasque accedit, ipsa corpora deteriora fiunt. Id
quod in belluis quoque cernimus. Tertio, ac sic
quidem tentatio vitatur, neque voluptatum volun-
tas excinditur. Quarto, erat etiam veritum ciuili-
bus legibus; hæret. 64. Epiphanius. Iustinus oratione
ad Antoninum refert adolefcentem vt omni motu
carnis irrationabili careret, libellum Felici Auguftali
profecto obtuliffe, vt medico id facere liceret. Idem
peccarunt duo monachi Ægyptii quos Theophilus
Alexandrinus eiecit, Epiphanius vagantes, vndique
eiectos admonuit, & emendauit. Quinto. Contu-
meliofum erat tot virginibus, & continentibus, si ca-
stas ferre quærenda Chriftianis, non de gratia do-
mini crederetur. Sexto. Ministri Cybeles, alique
acuta sibi filice pondera demebant, vt ille loquitur, &
& crudeli, stolidaque superstitione dæmoni serui-
bant, alii plumbi, & cicuta frigore continentiam
breuem mentiebantur; itaque noluit illis Ecclesia
suos fimiles vel effe, vel videri, memor continen-
tiam effe donum Dei, quod feruata operis Dei inte-
gritate, nos auctori fuo conferaret.

Vetus Ecclē-
fia Eunuchos nō ad-
miffit.

Cur Eunuchi sponte-
ne non ordi-
nantur.

Continen-
tia donum
gratie est,
non filia se-
nitia.

CAPVT XIII.

Doctrina, aliaque dotes ordinandorum.

§. 1. **D**ELECTVM igitur in hæc sacra militia ac-
curatissimum, contra quam nunc multis in
locis fit, postulo. Ille vero secundum illa quæ dixi Ecclesia est
instituetur, vt ab sint crimina, defectusque canonici, ad sint virtutes illæ, quas Apostolus requirit. Quod
si pueri, aut adolefcentes Ecclesiastico ordini depu-
tentur, sint ea indole, ingenio, moribus, vt virtutis,
& eruditionis quam capacissimi iudicentur.

§. 2. Præclara eruditione sint clerici; at vero Epi-
scopi, quique eius sunt in Ecclesia Cathedrali quasi
Doctores
clericorum
aflecto-

peritos esse oportet. alleffores, & collegæ, prælati, & canonici, quique in Ecclesiis illis concionantur, & in Academiis docent, tantum emineant in Ecclesia vera sapientia, ac scientia, quanta illis necessaria est, qui doctos clericos instruant, ac regunt. Hos omnes doctorem nomine compellabo, nam horum præcipuum est munus docere. Nam Episcoporum proprium munus est docere; Canonicorum cathedralium pro Episcopo suo docere, monere; concionatorum, & Academicorum instruire sæculares & clericos, explicare scripturas, quæ omnia sunt munia Episcoporum, & ostendunt hoc lucubrations eorum, qui Episcopatum gessere. Pleriq; enim doctores Episcopi veteris Ecclesiæ fuerunt, nec mutatum est, nisi postquam crevit regendi, & diuicandæ lites occupatio, docendi functio in alios velut subsidiarius transiit. Ita veterum leges. distinct. 36. c. 2. Qui Ecclesiasticis disciplinis per ordinem non est imbutus, & temporum approbatione diuinis stipendiis eruditus, nequaquam ad summum ecclesiæ sacerdotium aspirare presumat; & non solum in eo ambitio inefficax habeatur, verum etiam ordinatores eius careant eo ordine, quem sine ordine contra præcepta patrum crediderant præsumendum. Indignitateque ad Clerum irrepunt, qui de beneficiis hincinde in Academiis luxuriantur, donec biennalis oculi testimonia ad Ecclesias suas peregrinis vitii infecti attulerint.

Abusus studiorum clericorum.

Turpissima est ignorantia doctorem.

Sacerdotibus ignorantiam maxime vitandam docet nos concilium Tolet. 4. c. 24. distinct. 38. c. 1. Ignorantia mater cunctorum errorum maxime in sacerdotibus Dei vitanda est, qui docendi officium in populis susceperunt. Sacerdotes enim legere sanctas scripturas frequenter admonet Paulus dicens ad Timotheum, attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ, & semper permane in his. Sciatis igitur sacerdotes scripturas sanctas, & canones, ut omne opus eorum in prædicatione & doctrina consistat: atque adificent cunctos tam fidei scientia, quam operum disciplina. Nihil grauius in sacerdotibus increpat prophetæ, quæ ignorantiam.

Episcopos scire tota biblia iubet conc. 7. c. 2. distinct. 38. c. 6. Omnes psallentes repromittimus Deo. In iustificationibus tuis meditabor, non obliuiscar sermones tuos. Quod omnes quidem Christianos obseruare saluberrimum est: sed præcipue hos, qui hierarchicam consecuti sunt dignitatem. Unde definimus, omnem, qui ad episcopatus prouehendus est gradum, modis omnibus psalterium nosse; ut ex hoc & omnis clericus, qui sub ipso fuerit, ita moneatur, & imbuatur. Inquiratur autem diligenter a metropolitanis, si in promptu habeat legere scrupulose, & non transitorie tam sacros canones, & sanctum euangelium, quam diuini Apostoli librum, & omnem diuinam scripturam; atque secundum mandata Dei conuersari, & docere populum tibi commissum. Substantia enim summum sacerdotum nostri sunt eloquia diuinitus tradita, id est vera diuinarum scripturarum disciplinæ, quemadmodum magnus perhibet Dionysius. Quod si discipulauerit, & ita libenter facere, & docere minime spondiderit, nullatenus consecratur. Aitenim propheta Deus. Tu scientiam repulisti, & ego repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi.

§. 3. Non sufficit Ecclesiæ cognitionis Theologiæ aliqua mediocritas, sed hoc curandū est, ut quantum fieri potest, sint quam plurimi excellenter docti. Itaque in eam rem incumbere Episcopos necesse est. Ratio manifesta est, quia quemadmodum mediocritas vni, aut parti sufficere potest, ita excellentia aliorum toti corpori est necessaria: In regimine politico vnius, aut paucorum summa potestas requiritur, in bello quorundam summa exercitatio atque industria. Nam si difficultates oboriantur, quæ mediocres vires exuperent, omnes stupent. Deinde si nemo mediocritatem supergrediatur, non erit spes vlla excellentiorū, raro enim erit discipulus supra magistrum. Hinc ingenia mediocria non excitantur, insignia torpescunt, aut nimium extolluntur; nam magna pars excellentium ingeniorum labores fugitant, & mobi-

les habent affectus. Denique non potest satis obfisti hæresibus, nisi sint multi ita docti, ut & Theologiam intelligant, & aduersariorum argumenta solide refutare queant. Quemadmodum in nouis, periculosisq; agnitionibus opus est sagacissimo, doctissimo, expertissimoq; medico, ita multo magis in tot errorum venenatissima colluie, opus est insignibus Theologis qui antidota, & soteria pharmaca perite erogent.

§. 4. Hinc Concilium Tridentinum hortatur ut insignium collegiorum Canonici sint graduati scilicet 24. c. 12. de reformat. Hortatur etiam sancta synodus, ut in prouinciis, ubi id commode fieri potest, dignitates omnes, & saltem dimidia pars canonicatum, in cathedralibus ecclesiis, & collegiatis insignibus conferantur tantum magistris, vel doctoribus, aut etiam licentiatis in Theologia, vel iure canonico. Præterea obtinentibus in eisdem cathedralibus, aut collegiatis dignitates, canonicatus, præbendas, aut portiones, non liceat vigore cuiuslibet statuti, aut consuetudinis, ultra tres menses, ab eisdem ecclesiis quolibet anno abesse: saluis nihilominus earum ecclesiarum constitutionibus, quæ longius seruij tempus requirunt: alioquin primo anno priuetur vnusquisque dimidia parte fructuum, quos ratione etiam præbende, ac residentia fecit suos. Quod si iterum eadem usus fuerit negligentia, priuetur omnibus fructibus, quos eodem anno lucratus fuerit. Crescente vero contumacia, contra eos, iuxta sacrorum canonum constitutiones, procedatur.

Insignium collegiorum Canonici sint docti.

Cui præcepto obstat Academiarum quarundam leuitas, perfidiaque, quæ accepta pecunia quoslibet insignibus honorum exornat, quo factum est, ut facilius sit titulos doctoratus, aut magisterii in vniuersitatibus adipisci, quam in tribum sacrorum, aut furorum. Hinc comites, barones, nobiles, et si eruditionem habeant, titulos tamen, ut dubia testimonia eruditionis aspernantur.

Doctrina obstant Academiæ præuaricatorices.

§. 5. Ratio vero ut studia floreat illa est, ut præmia sint laborū, & diligentia; non inanes tituli Academiarum, sed multo magis præbendarum collationes. Excitat honores, & vrilitas, studiū. Prouisum huic rei à Concilio Basileensi scilicet 31. anno domini 1438. de qualificationibus, & ordine conferendi beneficii. Primo cum per generalis Concilii statuta sancte ordinatū existat, quod qualibet ecclesia metropolitana teneatur & debeat habere vnum Theologum, qui sua doctrina & prædicationibus fructum salutis afferat, ordinat hæc sancta synodus, quod extendatur etiam huiusmodi ordinatio ad ecclesias cathedrales, taliter videlicet, quod quilibet collator ipsarum præbendarum teneatur, & debeat canonicatū & præbendam, quam primum facultas se obtulerit, & inueniri poterit, magistro, Licentiatō vel in Theologia baccalaureo formato conferre, qui per decennium in vniuersitate priuilegiata studuerit, & onus residentia ac lectione & prædicationis subire voluerit, quig, bis aut semel ad minus per singulas hebdomadas cessante legitimo impedimento, legere habeat: & quoties ipsum in huiusmodi lectione deficere contigerit, ad arbitriū capituli in subtractione distributionum totius hebdomade puniri possit. Et si residentiam deseruerit, de alio provideatur. Verumtamen ut liberius studio vacare possit, nihil perdat, cum absens fuerit à diuinis. Insuper quod in qualibet Ecclesia cathedrali vel collegiata, ultra prædictam præbendam Theologo (ut præmittitur) assignandam, tertia pars præbendarū conferatur graduatis alias idoneis modo & forma infra scriptis, sic quod prima vacatura huiusmodi graduato, & deinde post alias duas sequens eo modo conferatur, & sic deinceps, videlicet magistris aut licentiatis seu baccalaureis formatis in Theologia, qui per decennium in aliqua vniuersitate priuilegiata doctoribus seu licentiatis in altero iurium vel medicina, qui per septem annos in sua facultate studuerint

Eruditionis ratio in beneficio danda habetur.

Decem annorum studio præbenda conferatur.

Tertia pars in vniuersitate, ut supra, magistris seu licentiatis in artibus, præbendarū cum rigore examinis, qui per quinquennium in aliqua vniuersitate a logicis inclusiue & supra in artibus, vel in alia superioriori facultate studuerint, nec non in Theologia, qui per sex annos vel in vtroq; aut in altero iurium, baccalaureis qui per triennium, si nobiles ex vtroq; parente, & ex antiquo genere,

alias

alias autem per quinquennium consimiliter in aliqua vniuersitate priuilegiata ad minus suum studium fecerint, qui de predictis gradibus, tempore & nobilitate supradictis fidem facere teneantur collatori per legitima documenta. Exhortamur tamen ordinarios collatores, quod in conferendis beneficiis huiusmodi, praesertim quo ad dignitates, respectum habeant singulariter ad magistros, nec non licentiatos & baccalaureos formatos in Theologia. In dignitatibus vero non electiui, personatibus, administrationibus & officiis dictarum Ecclesiarum, idem ordo, modus & forma in omnibus obseruentur. Quod si quis ex dictis qualificatis, tempore vacationis praebenda seu dignitatis huiusmodi, alias duas obtineat praebendas, seu dignitates & praebendas, vel aliud seu alia beneficium aut beneficia, quod vel qua residendo in altero ipsorum, & horis diuinis inter essendo, valeret seu valeret vique ad summam seu estimationem ducentorum florenorum camera, similiter quicumque duas praebendas seu comprehendi censetur. In ecclesiis autem parochialibus, quae in ciuitatibus aut villis muratis existunt, instituuntur persona sic, vt supra, qualificata, aut ad minus qui per tres annos in Theologia, vel in altero iurium, seu magistris in artibus, qui in aliqua vniuersitate priuilegiata studentes fuerint, & huiusmodi gradum adepti fuerint, si tales potuerint inueniri, qui voluerint huiusmodi beneficiis deferre. Et vt facilius inueniri possint, statuit hac sancta synodus, quod quolibet anno, durante tempore quadagesime, omnes & singuli hoc modo qualificati, de ipsa diocesi & alij qui voluerint, habeant per se vel per procuratorem sua nomina exhibere illis, ad quos beneficiorum curatorum collatio vel praesentatio spectat, seu eorum vicariis. Quod si non fecerint, collatio seu praesentatio vel dispositio aliter quam (vt praemittitur) facta, non propter hoc irrita censetur. Et similiter in collatione tertiae partis praebendarum superius memorata, intelligatur, si tot graduati seu qualificati modo praemisso potuerint inueniri, teneanturque (vt praemittitur) ipsi graduati & qualificati sua nomina tempore praedicto ipsis, ad quos beneficiorum dispositio spectat, seu eorum vicariis exhibere per se vel per procuratorem. Quod si non fecerint, collatio seu praesentatio vel dispositio aliter quam (vt praemittitur) facta, non propter hoc irrita censetur. Si autem illi ad quos beneficiorum quauis dispositio spectat, contra supradictarum qualificationum designationem & ordinem aliquod beneficium contulerint, seu ad ipsum praesentauerint, vel quomodolibet disposuerint, sit ipso facto irritum & inane, velut superius praemissum est. Et nihilominus per concilia provincialia cum in his defecerint, aut etiam personis non idoneis quoquo modo prouiderint, iuxta tenorem constitutionis Concilij generalis, quae incipit, graue de praebendis, corrigantur & debite puniantur. Illi vero ad quos beneficiorum regularium spectat collatio seu dispositio, praetermissis indignis, eadem religionis idoneis conferant & assignent. Quod si aliter fecerint, per eorum superiores & capitula provincialia corrigantur, & debite puniantur.

Parochia ciuitatenses graduatos requirunt.

In monasteriis etiam scriptura exponenda sunt.

In omnibus Academiae requiritur, lectio sacrae scripturae.

Sic Concilium Aquileiense cum Tridentini decretum induxisset, ad monasteria idem extendit. In monasteriis quoque Monachorum, etiam Carthusianorum, vbi commode fieri queat, item lectio sacrae scripturae habeatur: quae in re si Abbates negligentes fuerint, Episcopi locorum in hoc, vt sedis Apostolica delegati, eos ad id opportunis remediis compellant, quemadmodum decreto Concilij prouide statuitur. In conuentibus vero aliorum regularium, in quibus studia commode rigere possunt, sacra scriptura lectio similiter haberi ex Tridentini Concilij praescripto debet: quae lectio a Capitulis generalibus, vel provincialibus assignetur dignioribus ministris. In Gymnasijs etiam publicis, si hactenus sacra scriptura lectio instituta non fuit, ad Catholicam fidei conseruationem, nem, propagationem, & defensionem quamprimum institui, lectio sacrae & si instituta foret, & negligenter, restitui ex Tridentini Concilij decreto omnino debet; ne, si artium & scientiarum principia, & documenta studiose passim tradantur, vt nihil ad perfectam cognitionem desideretur, neglecta iaceant sacra scripturae studia, Euangelici verbi pabulum, diuinorum eloquiorum maiestas, & promissorum caelestium amplitudo,

quod est vnicum praesentis vitae subsidium, & futuri saeculi argumentum.

§. 6. Altera ratio est, vt scholae, & seminaria Clericorum instituantur. Exstat hac de re in Synodo Treuerensi anni 1549. sub Ioanne Archiepiscopo celebrata canon de scholis. Ita caus. 12. q. 1. can. 3. Necessaria etenim res exigit, vt iuxta ecclesiam claustra constituantur, in quibus clerici disciplinis ecclesiasticis vacent. Itaque omnibus vnus sit refectorium, ac dormitorium, seu cetera officina ad vsus clericorum necessaria. Ministri vero post episcopum suos semper eos eligantur, quorum vita, atque doctrina illos potius exornet, quam dehonestet.

In Concilio Patisiensi supplicatum Ludouico a patribus c. 12. vt scholae publicae ex eius auctoritate fierent, saltem tribus frequentissimis imperij Francici locis. Verum de Gymnasijs a me dictum est l. 4.

§. 7. Quandoquidem multorum Clericorum studia remoratur penuria librorum, huic quoque rei prospiciendum est. De Bibliotheca etiam supraegi, verum vt Episcopi, & collegia canonicorum formam habeant constituendae Bibliothecae, modumque augendae, proponam hoc loco Concilij Mediolanensis 4. decretum de Bibliotheca: Sicut in libris sacris voluminibusque sanctorum, & alijs Ecclesiasticis cuiusvis generis codicibus, copiose, sumptuoseque comparandis diligens fuit, accurataque maiorum industria; ita & in ipsis asseruandis, illorum, qui successerunt non negligens studium, nec vero cura minor esse debet: cum ex manuscriptis, recteque exaratis voluminibus, in tanta librorum corruptela, his praesertim temporibus, per hereticos introducta, plurimum adiumentum rebus ecclesiasticis publicis afferatur, & ad catholicae doctrinae veritatem tuendam, & ad conuincendam illorum, vitiose illa deprauantium temeritatem.

Bibliotheca igitur ecclesiae, vbi ecclesiastica volumina, alijs codices sunt, certus locus, vbi nullus constitutus, in Episcopopalibus, aut in canonicalibus, alijsque ecclesiae adibus, curante Episcopo constituatur.

Quo in loco armaria aliquot extruantur, eaque sitibus distincta, in quibus codices, & volumina, quacunque ibi extant, non acruatim, sed ordine disponantur.

Index praeterea fiat, in quo pro disciplinarum genere, aut pro alphabeti ratione volumina singula notentur.

Istique index certo loco in perpetuum asseruetur, notatis etiam deinceps ordine alijs libris, quicumque in posterum eidem bibliotheca, quouis modo accesserint.

Cum igitur plerique priuatorum desint idonei ad instruendam bibliothecam sumptus, publici id muneris esse debet. Vt scilicet omnibus quibus animus est, & ingenium, copia discendi non defit.

§. 8. Primum est quo studia incitantur, honos, & utilitas; itaque in prouincijs, quibus praebenda, & sacerdotia probae eruditioni per concursum dantur, ingens est copia vitiorum doctissimorum: at vero vbi vel generi, vel fauori tantum locus est, caret adiutorio sapientiae, ideoque lento gradu procedit, aut alio migrat. Quo enim argumento adolescenti honeste nato, ingenioso, studioso, persuadebimus, vt Theologicis studiis serio incumbat, nisi praeter caeleste premium habiturus sit etiam dignum in Ecclesia locum: praesertim cum altioris philosophiae parum capaces sint adolescentes: crebro etiam minus id velint parentes. Nonne in oculis incurrit non facile solubilis obiectio. In episcopis Ecclesijs diuitum stupida proles, magnatum scribe, praelatorum assertores, canonicorum cognati saginantur, si ipse Hieronymus, Augustinus, Gregorius, Aquinas, Suarez adesset, cedendum esset fauori. Quae enim beneficia conferuntur eruditis, quae eruditi sunt? Hoc igitur reformandum est, excutienda est ignauia, & praecare ceptum a multis collegijs continuandum, quae non nisi aliquo gradu insignes admittunt. Sed quia Academiae multae fallunt, alio examine praeterea opus foret.

Seminaria clericorum instituenda.

Bibliotheca instruenda.

Manuscripti libri preciosi.

In cathedralibus bibliotheca constituantur.

Beneficiorum studio inuari potest.

Serio magistra agenda sunt.

Seminaria
pro studiis
instituentia.

Finis semi-
narium.

foret. Hæc itaque ubi vel in usu non sunt, vel languide, & prævaricatorie tractantur, subsidiis aliis sustentanda sunt. Quod in Germania fit seminariis clericorum institutis; experientia sane docuit, eo modo & literas, & religionem reflorescere; imitantur etiam hoc sectarii, qui phronitisteria & mandras suas habent, in quibus ad infame mentiendi, Ecclesiamque oppugnandi ministerium seducti iuuentus deprauatur, & acuitur. De seminariis Concil. Trident. sess. 23. c. 18. sic statuit. Cum adolescentium ætas, nisi recte instituat, prona sit ad mundi voluptates sequendas, & nisi à teneris annis ad pietatem & religionem informetur, antequam vitiorum habitus totos homines possideat, nunquam perfecte, ac sine maximo, ac singulari propemodum Dei omnipotentis auxilio in disciplina ecclesiastica perseveret: sancta synodus statuit, ut singula cathedralia, Metropolitana, atque his maiores Ecclesie, pro modo facultatis, & diocesis amplitudine certum puero- rum ipsius civitatis, & diocesis, vel eius provincie, si ibi non reperiantur, numerum in collegio ad hoc prope ipsas Eccle- sias, vel alio in loco convenienti, ab Episcopo eligendo, alere, ac religiose educare, & ecclesiasticis disciplinis instituere te- neantur. In hoc vero collegio recipiantur, qui ad minimum duodecim annos, & ex legitimo matrimonio nati sint: ac legere, & scribere competenter noverint, & quorum intel- lectus, & voluntas spem afferat, eos ecclesiasticis ministeriis perpe- tuo inseruiuros. Pauperum autem filios precipue eligi vult; nec tamen diuiores excludi: modo suo sumptu alantur, & studium præstent Deo & Ecclesie inseruiendi. Hos pueros Episcopus in tot classes, quot ei videbitur, diuisos iux- ta eorum numerum, ætatem, ac in disciplina ecclesiastica progressum, partim cum ei opportunum videbitur, ecclesia- rum ministerio addicit: partim in collegio erudiendos reti- nebit, aliosque in locum educorum sufficit: ita ut hoc col- legium Dei ministerium perpetuum seminarium sit. Vt vero in eadem disciplina ecclesiastica commodius instruantur, Tonsura statim, atque habitu clericali semper utantur: gram- matices, cantus, computi ecclesiastici, aliarumque bonarum artium disciplinam discant: sacram scripturam, libros ec- clesiasticos, homilias sanctorum, atque Sacramentorum tra- dendorum, maxime que ad confessiones audiendas videbun- tur opportuna, & rituum, ac caeremoniarum formas edi- scant. Curet Episcopus, ut singulis diebus Missæ sacrificio intersint, ac saltem singulis mensibus confiteantur peccata: & iuxta confessoris iudicium sumant corpus Domini nostri Iesu Christi; cathedrali, & aliis locis ecclesiis, diebus festis inseruiant. Quæ omnia, atque alia, ad hanc rem oppor- tuna, & necessaria Episcopi singuli cum consilio duorum Ca- nonicorum seniorum, & grauiorum quos ipse elegerint, pro- ut spiritus sanctus suggererit, constituent: eaque ut semper obseruentur, sapius visitando operam dabunt. Dyscolos, & incorrigibiles, ac malorum morum seminatores acriter pu- nient, eos etiam si opus fuerit, expellendo; omniaque impe- dimenta auferentes, quacunque ad conseruandum, & au- gendum tam pium, & sanctum institutum pertinere vide- buntur, diligenter curabunt. Et quia ad collegij fabricam instituendam, & ad mercedem præceptoribus & ministris soluendam, & ad alendam iuuentutem, & ad alios sum- ptus certi redditus erunt necessarij, vltra ea, quæ ad institu- endos vel alendos pueros sunt in aliquibus ecclesiis, & locis des- tinata, quæ eo ipso huic seminario sub eadem Episcopi cura applicata censeantur: iidem Episcopi cum consilio duorum de Capitulo, quorum alter ab Episcopo, alter ab ipso Ca- pitulo eligatur: itemque duorum de Clero ciuitatis, quorum quidem alterius electio similiter ad Episcopum, alterius vero ad Clerum pertineat: ex fructibus integris mensa Episcopa- lis, & Capituli, & quarumcunque dignitatum, persona- rum, officiorum, prebendarum, portionum, Abbatiarum, & Prioratuum, cuiuscunque Ordinis, etiam Regularis, aut qualitatis, vel conditionis fuerint, & hospitalium, quæ dan- tur in titulum, vel administrationem, iuxta constitutionem Concilii Viennensis, quæ incipit, Quia contingit: & bene-

ficiorum quorumcunque, etiam Regularium, etiam si iuris patronatus cuiuscunque fuerint, etiam si exempta, etiam si nullius diocesis, vel alius ecclesiis monasteriis, & hospitali- bus, & aliis quibuscunque locis piis, etiam exemptis, annexa, & ex fabricis ecclesiarum, & aliorum locorum, etiam ex quibuscunque ecclesiasticis redditibus, seu prouentibus, et- iam aliorum collegiorum: in quibus tamen seminaia di- scentium, vel docentium ad commune Ecclesie bonum pro- mouendum actu non habentur: hæc enim exempta esse vo- luit, præterquam ratione reddituum, qui superflui essent vl- tra convenientem ipsorum seminariorum sustentationem, seu corporum, vel confraternitatem, quæ in nonnullis locis scho- la appellantur, & omnium monasteriorum, non tamen men- dicantium, etiam ex decimis quacunque ratione ad laicos, ex quibus subsidia ecclesiastica solui solent, & milites cuius- cumque militia, aut ordinis, pertinentibus, fratribus sancti Iohannis Hierosolymitani dumtaxat exceptis, partem ali- quam, vel portionem detrahent: & eam portionem sic de- tractam, nec non beneficia aliquot simplicia, cuiuscunque qualitatis, & dignitatis fuerint, vel etiam præstimonialia, vel præstimonialia portiones, nuncupatas, etiam ante vacatio- nem, sine cultus diuini, & illa obtinentium preiudicio, huic collegio applicabunt, & incorporabunt. Quod locum ha- beat, etiam si beneficia sint reueruata, vel affecta: nec per resignationem ipsorum beneficiorum, vniones, & applica- tiones suspendi, vel nullo modo impediri possint, sed omnino quacunque vacatione, etiam si in curia effectum suum for- tiuntur, & quacunque constitutione non obstante. Ad hanc autem portionem soluendam, beneficiorum, dignitatum, personarum, & omnium, & singulorum supra com- memoratorum possessores, non modo pro se, sed pro pensioni- bus, quas aliis forsan ex dictis fructibus soluerent, retinen- do tamen pro rata, quidquid pro dictis pensionibus, illis erit soluendum, ab Episcopo loci per censuras ecclesiasticas, ac alia iuris remedia compellantur: etiam vocato ad hoc, si videbitur, auxilio brachij secularis: quibusvis, quoad om- nia & singula supradicta, priuilegiis, exemptionibus, et- iam si specialem derogationem requirerent, consuetudine, et- iam immemorabili, quauis appellatione, & allegatione, quæ executionem impediatur, non obstantibus. Succedente vero casu, quo per vniones effectum suum sortientes, vel al- liter seminarium ipsum in totum, vel in partem dotatum reperiatur: tunc portio ex singulis beneficiis, ut supra, de- tracta, & incorporata ab Episcopo, prout res ipsa exegerat in totum vel pro parte remittatur. Quod si cathedralium, & aliarum maiorum ecclesiarum Prelati in hac seminarii erectione, eiusque conseruatione negligentes fuerint, ac suam portionem soluere detrectauerint: Episcopum Archiepisco- pus, Archiepiscopum, & superioris Synodus provincialis a- criter corripere, eosque ad omnia supradicta cogere debeat: & ut quamprimum hoc sanctum, & pium opus, vbicumque fieri poterit, promoueat, studiose curabit. Rationes au- tem reddituum huius seminarii Episcopus annis singulis ac- cipiat, presentibus duobus à Capitulo, & totidem à Clero ciuitatis deputatis. Deinde, ut cum minori impensa hu- iusmodi scholis instituendis prouideatur; statuit sancta Sy- nodus; ut Episcopi, Archiepiscopi, Primates, & alii loco- rum Ordinarii, scholasterias obtinentes, & alios, quibus est lectio, vel doctrine munus annexum, ad docendum in ipsis scholis instituendos, per se ipsos, si idonei fuerint, alioquin per idoneos substitutos, ab eisdem scholasticis eli- gendos, & ab ordinariis approbandos, etiam per subtractio- nem fructuum, cogant, & compellant. Quod si iudicio Epi- scopi digni non fuerint: alium, qui dignus sit, nominent, omni appellatione remota. Quod si neglexerint: Episcopus ipse deputet: docebunt autem predicti, quæ videbuntur Epi- scopo expedire. De cætero vero officia, vel dignitates illæ, quæ scholasteria dicuntur, non nisi Doctoribus, vel Magistris aut Licentiatis in sacra pagina, aut in iure canonico, & aliis per- sonis, idoneis, & qui per se ipsos id munus explere possint con- ferantur: & aliter facta prouiso nulla sit, & inualida: non obstantibus quibuscunque priuilegiis, & consuetudinibus, etiam immemo-

immemorabilibus. Si vero in aliqua provincia ecclesia tanta paupertate laborent, ut collegium in aliquibus erigi non possit: Synodus provincialis, vel Metropolitanus cum duobus antiquioribus suffraganeis in ecclesia Metropolitana, vel alia provincia ecclesie commodiori vnum, aut plura collegia, prout opportunum iudicabit, ex fructibus duarum, aut plurium ecclesiarum, in quibus singulis collegium commode institui non potest, erigenda curabit, ubi pueri illarum Ecclesiarum educantur. In ecclesiis autem, amplas dioceses habentibus, possit Episcopus vnum, vel plura in diocesi, prout sibi opportunum videbitur, habere seminaria: quæ tamen ab illo vno, quod in ciuitate erectum, & constitutum fuerit, in omnibus dependant. Postremo, si vel pro vnionibus, seu proportionum taxatione, vel assignatione, & incorporatione, aut qualibet aliaratione difficultatem aliquam oriri contigerit, ob quam huius seminarii institutio, vel conseruatio impediretur, aut perturbaretur: Episcopus cum supra deputatis, vel Synodus provincialis pro regionis more, pro ecclesiarum, & beneficiorum qualitate, etiam supra scripta, si opus fuerit, moderando, aut augendo, omnia & singula, quæ ad felicem huius seminarii profectum necessaria, & opportuna videbuntur, decernere, ac prouidere valeat.

Seminario-
rum profe-
ctus.

§. 9. Maximas illa res Germaniæ utilitates attulit, eaque re multas Germaniæ Ecclesias Gregorius XIII. restituit. Nunc vero ita seminaria profecerunt, ut cum initio pueri duodennes admitterentur, vel citum est ex concilio, tandem eo sit ventum, ut etiam philosophiæ studiosi, & Theologiæ recipiantur, in quibus tanto maior est utilitas, quanto celerius in messem domini admitti possunt.

Ocioforum
beneficia in
seminaria
conferenda.

In ditione Mediolanensi omnium beneficiorum decimas, etiam mensarum Episcopatum eo reuerunt, sed in plerisque locis tot beneficia detinentur ab ociosis, ut facile confici sumptus possit.

In eadem ditione singulis mensibus Episcopus seminario visitat. Concil. Med. 2. decreto 26. & 5. conc. iubetur duos canonicos eligere, quorum consilio in administratione utatur.

Sine semi-
nario cleri-
corum Eccle-
sia consistere
vix possit.

Concilium Aquileiense anno 1596. celebratum existimat, sine seminario clericorum hoc tempore consistere Ecclesiam vix posse. Seminariorum, inquit, institutionem, conseruationem, & promotionem in Dei Ecclesia summe fructuosam, quo clericali militia propagatur ordo, & progressio, tantopere necessariam, ut stare Ecclesiastica disciplina, sine illorum subsidio, & adminiculo vix possit, in provincia Aquileiensi ciuitatibus audimus, & incredibili iucunditate vidimus; dolimus autem Metropolitanam Ecclesiam nostram propter maximas difficultates hactenus seminario caruisse, quo tamen modo latamur, nunc ita carere, ut habere pene dici possit.

Vbi disci-
plina viget,
eo se appli-
cant bona
ingenia.

Atque hæc de delectu, institutioneque clericorum, in quo omnia pene sunt, poteritque integritas seruari, si modo conciliis canonicisque Episcopi obtemperant. Multæ religiones, ut Carthusienlis institutum suum tot annos inuolatum retinent, de rigore nihil remittunt, orationes priuatae manentibus publicis, quotidie crescunt, nec tamen deest illis multitudo insignium adolescentum, & virorum, quotidie angustas portas ad cælum in illa Eremita quarentium; Quid hoc prohibet fieri in Ecclesia Christi, quod fit in Carthusia, quæ est nobilis quidem, sed parua tamen portio Ecclesiæ Christi? Vnde hoc illis tam diuturnum ac perseverans bonum? Primo ex accurata regulæ suæ obseruantia, & institutione.

Si canoni-
cus in ma-
iore salutis
periculo est,
quam secu-
laris, Eccle-
sia inueneris
ordo est.

Nam ubi facile, & felix iter ad æterna gaudia Deus aspiciat, eo vocat electos suos, itaque ibi gratia, ibi vitæ honestas florat. Deinde quicunque salutis propriæ desiderio tenentur, eo, ubi illius expeditior ratio cernitur, conuolant. Hoc in Ecclesia fieri oportet, sit illa disciplinæ custodia, sacrarum legum vigila, quæ Episcopos, canonicos, omnesque in quocunque ordine constitutos facile ad virtutem indu-

cat, cæloque traducat. Sit illa Collegiorum Canonicorum facies, modestia, institutio, cura, ut facilius sit canonico saluari, quam seculari. Hoc quamdum non agitur, nunquam is fructus erit, quem Ecclesia spectauit. Nam ut nunc res habet. Quotus quisque canonicatum appetit, ut faciliorem salutis viam habeat, non autem ut quietius viuat? Si autem magno delectu in clerum admittantur, admissi summa cura ad pietatem erudiantur, incorrigibiles, aut perniciosi reiciantur, ut Ecclesiastica cærimonia, religiosa caritas, deuotioque vigeat, ad Ecclesiam salutis causa, non opum cupidine venient, eritque Clerus sanctus, & pius, monasteriorum etiam optimorum sanctitatem exuperans. Clericorum enim status dignior est, quam monachorum in Ecclesia, est & sanctior sacramento, vinam ad sua primordia reuocetur, ut sit etiam spiritalior. Nunc pro dolor in media Ecclesia, in ipso sacrario Christi, in medio sacerdotum domini mundus est; & quod dolenter dico, mundus maior periculo regnans, quam in mundo: multi enim ita Ecclesiæ opibus fruuntur, ut non fugisse mundum, sed mundum quassisse in domo patris cælestis, in crucifixi patrimonio, in sanguine eius qui vicit mundum, videantur. Vnde faculares sacerdotes, & esse & dici gaudent; merito, qui domum domini, in mundanum palatium quotidie vertunt. Verum hæc mitamus, quæ piis quotidie plangenda sunt, prælati emendanda. Aduigilant, ne per quos iustitia doceatur, per ipsos peccati morbus obrepant, & mors ad plebem pertranscat. Quod nunc pro dolor quotidie dolenter videmus, & eo dolentius, quod remedia alibi inefficacia, alibi nulla, paucis locis victricia.

Virtutis nã
opum causa
ad ecclesiã
eundam.

Et sine ac-
cipiendus
canonica-
tus, quo
Carthusia-
nismus.

Ceteris sa-
cerdotum
domini
mundus est,
si pietas ab-
est.

CAPVT XIV.

Visitationes frequentes esse oportere.

§. 1. TANTA quidem est sacrorum Christianorum maiestas, ut facile homines Deo dicatos ad virtutem integritatemque adducant, nec arte opus esset, nec poena ad Christi sacerdotes regendos; quia tamen natura fragilis est, & magni interest, pietatis duces pios esse, nulla remedia spernenda sunt, quibus & religio inducatur, & foueatur, virtutis arceantur. Quorum primum esse arbitror crebras Episcoporum, aut ab eis delectorum, seriasque visitationes.

Nihil omi-
tendum quo
virtus ac-
cenditur.

§. 2. Vitas esse omnino Ecclesiarum visitationes, easque ad Episcopos pertinere omnia pene nos religionis Christianæ monumenta docent. Actorum 9. 32. Petrus transit vniuersos, & Paulus ipse tantum curæ habuit, ut conuersos inuideret, & consumaret, quantum, ut gentes conuerteret. Canon etiam S. Concilii Nicæni visitationem Episcopis committit. Athanasius Aegypti monachos visitat, anno 382. Patri modo Ecclesias suas Chrysostomus; Augustinus iussu Zosimi interiora Africa; multaque corrigit, anno 418. Cyriacus Gallias, & Hispanias anno 599. Bonifacius Gregorio promissit, se Ecclesias visitaturum, & difficultates maiores, ad pontificem remissurum anno 740. Ludouicus Archiepiscopus cum comite ad visitandum misit anno 819. Carolus anno 853. Facile enim abusus irreperunt, quos inspectio, instructio, poenæque emendant.

Visitationes
olim vti-
lissima.

Fragilis
hominum
visitatione
requiritur.

Ex antiquo vsu estigitur lex illa 10. q. 1. c. 4. Relata est coram sancta synodo querimonia plebium, quod sint quidam Episcopi nolentes ad predicandum, vel ad confirmandum suas per annum parochias circumire: qui tamen exigunt, ut mansiones, quibus in processione vti debuerant, aliquo pretio redimant, qui parare debebant. Quæ duplex infamia, negligentia, & auaritia sanctæ synodo magno fuit horrore. Statuerunt itaque, ne quis ultra exerceat id cupiditatis ingenium, & ut solliciti sint episcopi de suis gregibus visitandis.

§. 3. An-